



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Formularium Episcopale

Barbosa, Agostinho

Coloniae Agrippinae, 1680

Formula LXXXI. Facultatis assumendi informationes de veritate
miraculorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10456

FORMULA LXXXI.

*Facultatis assumendi informationes de
veritate miraculorum.*

D. Rodericus Dei, & Apostolice Sedis gratia Archiepiscopus, ac Dominus Bracharæ Hispaniarumque Primas &c. dilectis nobis in CHRISTO Reverendis N. N. & N. Salutem in Domino. Cum ad nostras devenerit, in oppide N. nostre Bracharen sis diocesis, ad imaginem Beatissimæ Virginis Mariæ de N. nuncupatæ, à nonnullis diebus citra; magnum fieri concursum populi, sub eo prætextu, quod aliquot ibi edita fuerint, & indies dantur miracula, volentes ea qua possumus diligentia & solitudine, quemadmodum ex S. Concilii Tridentini decreto tenemur, de ipsorum miraculorum veritate inquirere, vobis de quorum solertia, pietate, & fide plurimum confidimus, committimus, & mandamus, ut ad locum supra scriptum accedatis, assumpto vobis cum aliquo notario, omnibus diligentia, & indagine de præmissis informationes assumatis, & ac nos refertatis, quid deinceps sentierendum sit cum Theologorum, & aliorum piorum virorum consilio deliberare valeamus. Dantes vobis harum serie facultatem quascunque cuiusvis gradus & conditionis personas ad prohibendum super præmissis veritatistestimonium omnibus remedii de jure opportunitis cogendi, ac interim etiam

populi concursum, quatenus vobis expedire videatur, etiam per censuras Ecclesiasticas prohibendi, ac reprimendi, aliaque faciendi, gerendi, & exequendi, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna. In quorum fidem &c. Dat. Bracharæ Augustæ die... mens. Ann...

FORMULA LXXXII.

Arrestationis paupertatis pro iis, quos illam in Romana Curia dispensationem Matrimonialem impetrare intendunt.

Nos N. Vicarius generalis pro Illusterrimo & Reverendissimo Domino D. Roderico à Cunha Archiepiscopo ac Domino Bracharæ Augustæ Hispaniarumque Primate &c. notum facimus & attestamur, nobis constare per testes fide dignos, ac judicialiter examinatos N. & N. hujus nostræ diocesis esse pauperes, & miserabiles suæ industria, ac labore quotidiano victum querentes, & hac de causa dicatum N. non posse accedere ad Curiam Romanam, & pro veritate, & ad instantiam dictorum praesentes manu nostra firmatas, ac figillo quo in similibus utimur, munitas fieri jussimus Dat. Bracharæ Augustæ die.. Mens.. Ann.. Ego N. notarius Apostolicus subscrpsi.

FOR-